

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Mejer Martin Bambamius

Disputationum Physicarum Decima De Primo Motore

Rostochii: Myliandrus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742736385>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742736385/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742736385/phys_0001)

DFG

R. U. phil. 1609. 10.

12.99

35 1717



Disputationum Physicarum
DECIMA
DE
P R I M O M O-
T O R E.

Quam,
Divina adspirante gratia
In Inclita Academia Rostochiensi
SUB PRÆSIDIO
M. GEORGII MEIERI
Duderstadensis Saxonis.

Tuebitur
MARTINUS BAMBAMIUS
Penzlinensis Megapolitanus.
Ad diem 20. Iunij horis & loco consuetis.

Rostochij Typis Myliandrinis Anno 1610.

*Integerrimis, & pietate, prudentia, adeoq;
omnium virtutum laude, generisq; nobilitate
præstantissimis viris,*

D. IOANNI IERCHOVIO,
*Quæstori Præfecturæ Santcovien-
sis dignissimo.*

D. IOANNI BAMBAMIO,
*Civi VVismariensium primario, Patruo
suo longè dilectissimo.*

TVM ETIAM

D. IOANNI &
D. IOACHIMO BVLOVIIS Fratribus,
*civibusq; ibidem primarijs, adfini-
bus suis suavissimis.*

*Fautoribus & Promotoribus suis omni tem-
pore plurimi faciendis, officioseq;
colendis;*

*Hanc De Primo Motore exercitationem Physicam, in
grati animi περιήγησον, observantiaeq; μηνιδων
dat, dicat, consecrat.*

MARTINVS BAMBAMIVS P. M.
Respondens.

22 26



DE PRIMO MOTORE.

Theorema I.

Datur primus motor.

I. Is omnibus ferè, qua ad generalem Physicam spectant, hactenus perpensis, unica illa primi motoris consideratio, à Philosopho lib. 8. Phys. suscepta, restare videtur, quam hac in disputatione breviter proponemus, non quidem ex principijs Aristotelis, is enim quanquam verissima de primo motore pronunciata plurima profert; tamen plerique ex falsis deducit hypothesis, ex mundi, motuq; perpetuitate constructis.

II. Esse verò τὸ περὶ τὸν κύκλον τὸν ἀκίνητον probamus hac ratione: In omni motu nisi in infinitum progrederi velimus, à qua progressione natura abhorret, necessario ad movens aliquod primum devniendum erit. Quicquid enim movetur, ab alio movetur, ut tritum habet Physicorum axioma. Dabitur ergo primum aliud quod moveat, quod non moveatur, sed à quo omnis motus in natura. Habent quidem omnia corpora naturalia in se met ipsi principium motus, ita ut non necessarium sit, omnia à principio externo moveri: attamen hæc ipsa, quæ à principio interno moventur, etiam ab alio moveri posse dici hinc patet: quia movent secundum formam, moventur secundum materiam, ideoq; in uno corpore est id quod moveat, & quod moveatur: forma moveat, materia moveatur, siquidem illa est principium activum: hæc passivum, eamq; ob causam verum manet: Omne quod moveatur, moveatur ab alio.

Theorema II.

De primo motore haud perperam agitur
in Physicis.

I. Est siquidem primus motor, causa rerum omnium qua sunt
in natura: totus mundus, tota natura à DEO, tanquam causa
efficiente pendet. Jam vero absurdum non est, de causa & effectu
in eadem agi disciplina.

II. Quod autem obijcis, DEI cognitionem naturalem non ex
Physicis, sed Metaphysicis petendā esse, ad id respondeamus distinguendo
inter cognitionē Dei absolutam & relativam. Illa ad Metaphysicā:
hac vero ad Physicā pertinet. Consideratur enim Deus in Me-
taphysicā, ut Ens absolutum: in Physicis vero, quatenus est prima
causa omnis motus in natura: sine DEo enim nec motus, nec na-
tura esse potest. Poteſt hoc declarari exemplo. Agitur de anima
rationali & in Metaphysica, & Physica. In Metaphysica absolute,
ratione essentia, In Physica vero respectivè, quatenus respectum
habet ad corpus, quod informat. Et haud raro accidit, de re eadem,
in diversis agi disciplinis, alio tamen atq; alio modo.

Theorema III.

Primus motor est immobilis Arist. lib: 8
phys. cap: 5.

Ei ἀνάγκη τῶν τὰ κινεῖματα τὸ πνός τε κινεῖσθαι, καὶ οὐ τὸ
τὰ κινεῖματα ὑπάλληλος, η̄ μὴ καὶ εἰ μὴ τὸ ἄλλα κινεῖματα, ἀνάγκη
περιειπεῖν ὅπερ τὸ ἄλλα κινεῖται. Arist. dicto cap. t. 34. Ra-
tiones, quibus assertio hac probari potest, habet tres possimum
Philosophus 1. Quia primus motor neq; ab alio, neq; à scipso movetur.
Non ab alio, alias non esset primum movens, esset enim aliud quip-
piam primum, à quo moveretur: primum autem est, quod nihil se-
habet prius: Non à se ipso: Si enim à scipso, moveretur vel per se,
vel

vel per accidens. Non per se, quia ut in theor. 1. ostensum fuit, nihil
movetur à seipso, sed omne ab alio : neq; per accidens, quia sic con-
tingeret, aliquando nihil moveri: id enim quod per accidens est, ne-
cessarium non est, & quod non est tale, etiam non esse contingit :
motus autem semper est, igitur per accidens primus motor non mo-
vetur. 2. Cum in omni motu qui sit à principio externo tria sint,
movens, mobile, & organum quo movens movet: ex his mobile ne-
cessariò movetur, non autem movet: & organum quo movens
movet, etiam necessariò movetur. Movens vero extreum & pri-
mum quod alia movet, immobile sit oportet. 3. Si id quod primùm
movet, motu aliquo movetur, necessum est, ipsum aut totum à
se toto, aut totum à parte, aut partem à parte moveri. Non vero
totum à toto, ut jam paulò superius demonstratum fuit: Ut taceam,
quod hac ratione sequeretur, idem esse duvāpud οὐεγένεια secun-
dum seipsum: quatenus enim mobile est, est duvāpud, quatenus
movens, οὐεγένεια: sed hoc esse nequit, quia nihil potest secundū se-
ipsū calidū esse actū, & nō calidū actū, sed potestate. Sin totū à par-
te moveri dicatur, necessū est, cū pars movens prior sit toto eo, quod
movetur, ut primo motore aliquid sit antiquius & prius, id ipsū sci-
licet quod movet, quod est absurdum. Quod si pars à parte moveri
dicatur, neutra pars revera erit prima, à quo motus proficiscitur,
cum in omni motu sit aliquid primum. Quæ cum ita sint, id quod
primum movet, ab omni motu liberum esse oportet.

Theorema IV.

Primus motor est æternus: Arist. lib. 8.
Phys. c. 6. t. 45.

Primum argumentum quo Philosophus aeternitatem primi
motoris astruit, nititur falsâ hypothesi. Sic enim procedit: motus
est aeternus, Ergo & primus motor, ὅπερι δὲ κίνησις αὶ τίκτει, οὐ γ
μὴ θλείπεται, οὐάγκη τίκτει τι αἰδον ὁ πεζῶν κίνηται, t. 45. Hic

conclusio quidem vera est, DEum videlicet esse aeternum, sed id è quo conclusio infertur, falsum est, motum videlicet esse aeternum, ut in postremo theoremate ostensuri sumus. Idcirco missò hoc, ut insirmo arguento, ad alia, magis firma nos convertimus, quorum duo è textu colligimus. Primum est: Quodcunq; à τάξις est primum, illud est aeternum: Nam aeternum est, quo nihil datur prius. At qui primum movens à τάξις est primum, hoc est, se nihil habet prius. Ergo aeternum. Secundum cum primo coincidit: Quodcunq; non est ab alio, illud est aeternum. At qui primus motor non est ab alio, alias non esset primus. Ergo aeternus.

Theorema V.

Primus motor est unus. Arist. lib. 8 Phys. cap. 6. t. 48.

Unitatem DEi iterum deducit ex falsa hypothesi Philosophus. Motus inquit primus est aeternus: aeternum autem quod est, est continuum: Et continuum est unum. Ergo & primus motor, à quo primus hic motus, unus erit. Sed certitudo theorematis propositi, è duobus precedentibus colligitur: Si enim primus motor immobilis est, & aeternus, utiq; solus, causa esse poterit omnis motus in natura: Et si solus, unus erit. Ut taceam quod duo principia prima, neg. in natura, neg. extra naturam esse possint, ut testis est Scalig. exer. 359. sect. 3.

Theorema VI.

Primus motor omnis quantitatis, sive magnitudinis est expers, ideoq; incorporeus. Arist. lib. 8. Phys. cap. 10. t. 86.

Si enim primus motor haberet magnitudinem, haberet vel infinitam, vel finitam: Non infinitam, quia talis actu non datur: nec finitam, quia sic non haberet infinitam potentiam, primum motorem

motorem vero infinita esse potentiae in sequenti theoremate demonstrabimus. Et quid vetat verba Aristotelis neclarea adscribere? Ea hac sunt: ἀδύνατο τὸ πεῶτον κίνην, καὶ ἀκίνητον ἔχειν τὸ μέρος εἰς τὸ μέρηθρον ἔχει, ἀναγνηθῆναι τοπερσομόνον αὐτὸν εἶναι, δέ τοι περιεργον ἀπειρον μήδε εἰς τὸ σὸν ἐνδέχεται μέρηθρον εἶναι, δέ τοι περιεργον εἰς τοῖς Φυσικοῖς, ὅποι ἡ τὸ τοπερσομόνον ἀδύνατον ἔχειν ἀπειρον δύναμιν δέδειται νῦν.

Theorema VII.

Primus motor infinitæ est virtutis, & potentiae. Arist. lib. 8. Phys. c. 10. t. 86.

Argumentum quo theorema hoc, Aristoteles vult confirmatum hoc est: Quod tempore infinito movet, id potentia infinita est præditum. Atqui primus motor tempore infinito universa movet. Ergo virtus & potentia infinita est præditus. Quamvis vero hic minor merito negari possit, siquidem tempus infinitum non est, ut in preced. theor. ostensum fuit: attamen excusari potest Philosophus, siquidem hoc vult, actiones infinitas arguere infinitatem causa: causa enim nulla finita, infinitas actiones edere potest.

Theorima IIX.

Primus motor est indivisibilis. Arist lib. 8.
Phys cap. 10. t. ult.

Theorema hoc è precedentibus probatur. Quia enim initio primus motor immobilis est, ut theor. 3. probatum dedimus, sequitur quoque eum esse indivisibilem, ut enim omne mobile, mutabile est, & divisibile: Arist. lib. 6. Phys. c. 6: Sic immobile, immutable & indivisibile. Deinde, quod est simpliciter unum, illud est indivisibile: simplissimum enim quod est, divisibile non est. Atqui primus motor simpliciter est unus, ut in theor. 5. demonstratum est. Ergo divisibilis non est. Præterea, Quicquid quantum non est, divisible

visibile non est: Omnis enim divisibilitas est à quantitate, secundum quam corpus partem habet extra partem. Atqui primus motor quantum non est, ut ostensum fuit theor. 6. Ergo, primus motor non divisibilis, sed indivisibilis existit.

Theorema IX.

Non motus est aeternus, propterea quod primus motor aeternus.

I. Satis quidem prolixus est Philosophus, ut demonstret motum esse aeternum, ea de causa quod primus motor sit aeternus, lib. 8. Phys. c. 1. Omnia ipsius argumenta angustiā charta exclusi, in medium proferre non possumus, unicum saltem movebimus, ex natura relatorum desumptum, quo in hunc modum colligit: Relata sunt simul. Atqui movens & mobile sunt relata. Ergo si primum movens, seu primus motor est aeternus, erit quoq; motus aeternus. Sed fallit argumentum: Nam hic distinguendum est, inter absolutam primi motoris considerationem, & respectivam. Absolutè quando consideratur, ut Deus, prior est motu: respectivè vero, quatenus est motor, cum motus simul est, non secus ac pater secundum absolutam suam considerationem, quatenus est homo, prior est filio: secundum vero respectivam, cum filio simul.


I I. Assertio vero ipsius Philosophi planè impia dicenda non est, siquidem loquitur, ut Physicus ex princīps Physicis, & vult motum non capisse per naturalem generationem, nec interitum per naturalem corruptionem: interim tamen non negat motum esse creatum, & rursus interitum modo præternaturali. Motus igitur perinde ut mundus, ratione creationis habet principium, & etiam finem habebit, sicut testantur sacra littera.


COROLLARIA.

I. An primus motor ex natura cognosci possit? A.

II. An primus motor ab aeterno produxit mundum? N.

III. An primus motor in ambitu Cœli extremi versetur, illudq;
ceu forma assistens moveat? N.







306. sect. 20. in hæc verba erumpens: Omne quum principium, aut à primo principio. Unia dependent igitur. Ergo suâ naturâ omnia ruptibilia. Est itaq; spiritus corruptibilis; natura: nunquam vero corruptitur; nunquam immortalitate Deus ipsum donavit.

Theorema II.

Spiritus est vel Angelus, rationalis.

Legitimam hanc esse spiritus divisionem dare licet. Nam 1. Angelus tantum, & aingunt. 2. immortalitate fruuntur. 3. per se possunt. Ergo etiam tantum spiritus existunt.

Theorem III.

Angelus est spiritus, qui per se in corpore, sed semper extra corpore.

I. Dicimus Angelum per se nunquam in corpore, sed semper extra corpore. per accidens tamen id fieri posse, concedimus. quando corpora assumere, ut appareant bona est. Et testatur Scaliger, Angelos ipsos sibi co-

359. sect. 13. Verum quia hujuscemodi corpora nunt, & natura eorum non est, corporibus ut formare, meritò per se ab omni corporis unione.

II. Sunt vero Angeli in duplice differenti boni: quidam mali. Malitiam intelligimus, sed moralem. Diabolus enim ratione essens, ac Angelus bonus. Quia 1. est Ens. 2. bonum: quia bonum cum Ente convertitur.

Quicquid autem à Deo creatum est, bonum

A 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 123456